

INDEX SYNOPTICUS.  
TERTII VOLUMINIS.

---

*Definitio* nominalis et realis Ethicæ, quæ est scientia practica actus humanos ad honestatem dirigens. — Sequitur

4

1<sup>o</sup> Actus humani possent considerari quoad *esse physicum* et quoad *esse morale*. 2<sup>o</sup> Ethicam esse necessariam.

*Divisio* : Ethicæ est vel supernaturalis et theologica, vel naturalis : hæc iterum dividitur in *generalem*, quæ hominem, abstractione facta cujusque relationis ad alterum, dirigit ad honestatem, et *particularem*, quæ hominis præ aliqua relatione speciali ad alterum spectati, mores regit. A scholasticis solebat dividi in *monasticam*, *æconomicam* et *politicam*.

2

Ethicæ specialis, quidquid sit de somniis Rationalistarum, vix differt à *jure natura*, prout communiter accipitur.

3

*Ratio philosophandi* : Ethicæ rationalis ad normam superiorem doctrinæ revelatæ progredi debet.

---

PRIMA PARS

ETHICÆ GENERALIS.

In hac parte agemus 1<sup>o</sup> de principiis elicientibus actuum humanorum, 2<sup>o</sup> de principiis directivis eorundem actuum.

6

CAPUT I.

DE PRINCIPIIS ELICIENTIBUS.

ARTICULUS I.

*De voluntate.*

In primo paragrapho, de voluntario, in secundo, de libero, disputabimus.

7

## § I. De voluntario.

I. Voluntarii et involuntarii notio et divisio.

Voluntarium est id quod procedit a voluntate, quatenus voluntas est, atque dividi solet 1<sup>o</sup> in directum et indirectum, 2<sup>o</sup> in perfectum et imperfectum, 3<sup>o</sup> in positivum et negativum, 4<sup>o</sup> in expressum et tacitum. Voluntario opponitur involuntarium, quod ex violentia vel ignorantia provenit.

THESIS I. *Voluntas varie allici et retrahi potest in suis actibus eliciendis.* — Objectum enim ostendi potest voluntati ut plus minusve odibile vel delectabile.

THESIS II. *Voluntas facilitatem et difficultatem pati potest in suis actibus.* — Cum voluntate coagere possunt causæ adjuvantes et causæ remorantes.

## II. De causis involuntarii.

I. *De violentia.* THESIS I. *Voluntas cogi potest quoad actus imperatos, minime vero quoad actus elicitos.* — Prima pars experientia constat, et altera hoc principio: aliquid non potest simul idem velle et nolle.

THESIS II. *Coactio absoluta voluntarium tollit,* nam actio coacta procedit, non a voluntate patientis, sed ab ipso cogente.

II. *De metu.* — Est gravis vel levis, absolute vel relative — antecedens vel concomitans — ab intrinseco vel ab extrinseco.

THESIS I. *Quæ sunt ex metu, etiam gravi, sunt simpliciter voluntaria, et involuntaria secundum quid tantum.* — Nam actio facta ex metu importat aliquam electionem, etsi in ipsa reperitur quædam voluntatis repugnantia.

*Scholium.* Metus quæ exstingeret cognitionem, tollerent etiam electionem, ac proinde voluntarium.

III. *De ignorantia,* quæ ratione subjecti est negativa vel positiva, vincibilis vel invincibilis, ratione objecti, est juris vel facti, ratione actus, antecedens, concomitans vel consequens.

THESIS I. *Ignorantia antecedens et invincibilis voluntarium tollit.* — Nulla enim remanet cognitio.

THESIS II. — *Quæ sunt ex ignorantia concomitante, non sunt positive voluntaria nec involuntaria, sed sunt non voluntaria.* — 1<sup>o</sup> Non sunt voluntaria, ex defectu

cognitionis; 2<sup>o</sup> non positive involuntaria, quia non fiunt contra voluntatis inclinationem; 3<sup>o</sup> remanet ut sint non voluntaria.

THESIS III. *Quæ sunt ex ignorantia consequente sunt simpliciter voluntaria et involuntaria tantum secundum quid.* — Prima pars constat ex eo quod agens vult ut actio fiat. Secunda pars: est aliqua ignorantia quoddam involuntarium patiens.

IV. *De concupiscentia.* — Voluntas ab appetitu sensibili moveri potest directe vel indirecte. Concupiscentia dividitur in antecedentem et consequentem.

THESIS I. *Concupiscentia antecedens auget voluntarium et minuit liberum.* — Nam 1<sup>o</sup> voluntatem acuit, et exinde 2<sup>o</sup> indifferentiam activam quadamtenus labefactat.

THESIS II. *Concupiscentia consequens auget voluntarium, sed non minuit liberum.* — Nam 1<sup>o</sup> voluntas ipsa vult majorem actus intentionem, necnon 2<sup>o</sup> proclivitatem ad unum.

## § II. De voluntatis imperio in altis animæ facultates.

Considerari potest illud imperium quoad exercitium et quoad specificationem.

THESIS I. *Voluntas directe et per se non imperat facultatibus vita vegetative, neque sensibus externis, sed tantum indirecte et per accidens.* — Experientia constat utraque pars.

THESIS II. *Voluntas imperat simpliciter potentia motrici, et secundum quid intellectui, imaginationi et appetitui sensitivo.* — Id etiam analysis factorum facit.

## § III. De libero.

## I. De principii libertatis.

THESIS I. *Liberum arbitrium non est facultas ab intellectu et voluntate diversa.* — Nam ejusmodi facultas nonnisi actus transeuntes exerceret, et exinde non posset eligere inter plura presentia, quod absolute exquirat libertas.

*Quænam sit subjectum libertatis.* — THESIS I. *Liberum arbitrium proprie et formaliter non residet in intellectu.* — Intellectus enim, positus omnibus ad agendum requisitis, necessario operatur.

THESIS II. *Libertas formaliter et immediate residet in*

- voluntate.* — Nam ex actu voluntatis colligitur indifferentia hominis ad agendum vel non agendum. 19
- Corollarium.* Intellectus est radix et voluntas subjectum libertatis. 20
- II. De efficientia illorum principiorum. 20
- THESIS.** *Ad actum liberum effectice non concurrunt intellectus.* — Ex natura rei constat hunc non posse effectice ad illum concurrere aut per se aut per suam intellectionem. 20
- Corollarium.* Tamen directive concurrunt intellectus. 20
- Quotupliciter modo principium formale actus liberi in suis propriis operationibus erumpat?* — Alii actus voluntatis sunt circa finem, ut volitio, intentio et fructio, alii circa media, ut electio, consensus, imperium et usus. De his actibus singillatim. 21
- Quod impediatur aut tollatur liberum?* — Necessitas dividitur 1<sup>o</sup> in necessitatem exercitii et specificationis, 2<sup>o</sup> in antecedentem et consequentem, 3<sup>o</sup> in physicam et moralem. 21
- THESIS I.** *Essentia liberi arbitrii consistit in indifferentia activa, et excludit non solum coactionem, sed etiam necessitatem simplicem.* — Nam esse ex se indeterminatum et frui indifferentia activa est unum quid et idem. 24
- THESIS II.** *Ad rationem meriti vel demeriti requiritur libertas indifferentia.* — Quia sine hac indifferentia actus 4<sup>o</sup> non revera fieret a merente in commodum ejus cui meretur, 2<sup>o</sup> nec esset moralis. 24
- Scholium.* Meritum non est idem ac moralitas. 25

## ARTICULUS II.

*De habitibus.*

## I. De habitibus in genere.

- Habitus sunt principia elicitive actuum humanorum. Subjectum remotum habituum (moralium) est homo, et proximum, voluntas. 26
- THESIS I.** *Actiones consequuntur effectice ad productionem habitus.* — Habitus non est immediate a potentia, quæ est indifferens: ergo remanet ut proveniat ab actibus. 26
- THESIS II.** *Habitus debilitantur et quandoque penitus eradicantur per actus contrarios.* — Actus sunt causa habituum. 27

## II. De habitibus bonis, seu de virtutibus.

*De virtutibus in genere.*

- Quid est virtus? THESIS I.* *Virtus moralis in medio sita est.* — Quia nequit a regula ultra citrave deflectere. 27
- THESIS II.** *Homo ad perfecte operandum indiget virtutibus.* — Quia sine virtutibus non possumus uniformiter, constanter et prompte operari secundum regulam morum. — Divisio virtutum. 28
- THESIS.** *Virtus moralis adequate dividitur in quatuor generatiorum partes, quæ sunt prudentia, justitia, temperantia et fortitudo.* — Nam 1<sup>o</sup> quatuor sunt principia operationum moralium: vis rationalis, voluntas, appetitus concupiscibilis et appetitus irascibilis, quæ informantur, primum prudentia, secundum justitia, etc., 2<sup>o</sup> idipsum eruitur etiam ex objecto illarum, nempe ex bono morali. 29

*De virtutibus moralibus in specie.*

- I. *Prudentia* est virtus qua intellectus judicat quid in particulari sit honestum vel turpe. Tres sunt actus generaliores prudentiæ: 1<sup>o</sup> bene consultare, 2<sup>o</sup> recte judicare, 3<sup>o</sup> rite imperare: inde partes *potentiales* Prudentiæ sunt: Eubalia, Synesis, Gnome. 30
- Partes *integrantes* ejusdem virtutis sunt: Memoria, Intelligentia, Providentia, Ratiocinatio, Solutia, Docilitas, Circumspectio, Cautio, quantum ad disquisitionem operis honesti se referunt. 32
- II. *Justitia* est virtus moralis qua voluntas tribuit alteri quod suum est. Objectum formale justitiæ est jus, quod multifariam dividitur. 33
- Justitia* partitur 4<sup>o</sup> in legalem et particularem, 2<sup>o</sup> in commutativam et distributivam, quibus revocatur vindictiva. Legalis subdividitur in stricto legalem et epikeiam. 34
- Partes *potentiales* justitiæ sunt: Religio, Pietas, Clementia, etc... 35
- III. *Temperantia* est virtus moralis quæ ad præscriptum rationis appetitum moderatur circa voluptates corporales, præsertim gustus et tactus. Partes *integrantes* temperantiæ sunt: Verocundia et Honestas. Partes *subjectivæ*, Abstinentia, Sobrietas, Castitas et Pudicitia. Partes *potentiales* sunt: Humilitas, Modestia, etc. 36
- IV. *Fortitudo* est habitus elicivus præbens animis firmitatem et robur in perferendis, et justis periculis

agrediendis propter honestatem. — *Partes integrantes* fortitudinis sunt: Magnanimitas et Magnificentia, Patientia et Perseverantia.

### III. De habitibus pravis seu de vitiis.

Vitium est mala qualitas mentis, qua male vivitur et nemo bene utitur. Causæ vitiorum sunt vel intrinsecæ, ut ignorantia, malitia, appetitus sensitivus, vel extrinsecæ, ut diabolus et mundus.

Vitium ratione tum subiecti tum objecti spectatum eodem modo dividitur ac virtus:

1<sup>o</sup> *Imprudentia* qua per excessum: v. g.: præcipitatio, inconstantia, etc.; vel per defectum, v. g.: prudentia carnis, astutia, dolo, etc.; quis peccat contra prudentiam.

2<sup>o</sup> *Injustitia*, quæ diversa accipit nomina iuxta diversitatem honorum in quibus homo injustus lædit proximum.

3<sup>o</sup> *Intemperantia* species sunt: gula, ebrietas et luxuria.

4<sup>o</sup> Fortitudinis opponuntur vana gloria, hypocrisis, pertinacia, etc...

## CAPUT II.

### DE PRINCIPIIS DIRECTIVIS.

Principia directiva spectant ad objectum formale Ethicæ determinandum.

#### ARTICULUS I.

##### *De principiis directivis in genere.*

###### I. De moralitate.

Moralitas est objectum formale Ethicæ. Hobbesius, Puffendorpius et Rationalistæ variè errant circa fontem moralitatis; contra quos nonnullas theses stabilierimus.

**THESIS I.** *Actionum humanarum moralitas non pendet a legibus humanis neque ab opinione populorum.* — *Ipars* constat ex eo quod leges ipsæ dici possunt iustæ vel iniustæ; *Il pars* eruitur ex diversitate et mutabilitate opinionum.

**THESIS II.** *Regula moralitatis reponi nequit in aliquo instinctu seu sensu naturali organico.* Namque 1<sup>o</sup> discretio inter bonum et malum morale non potest esse nisi cognitio intellectus, 2<sup>o</sup> sensus corporeus non potest test discernere nisi per motionem moralem, tandem

3<sup>o</sup> idem sensus non est conformis, etiam in eodem homine.

**THESIS III.** *Ratio humana non est autonoma in stabilenda moralitate actuum humanorum;* Etenim 1<sup>o</sup> ratio humana, sicut ipse homo, est dependens, necnon 2<sup>o</sup> debet, non constituere, sed referre sub objectum. *Scholium.* Doctrina de rationis autonoma est surculus Pantheismi.

**THESIS IV.** *Libera Dei voluntas non est unicus fons moralitatis.* Nam moralitas est aliquando absolute determinata ad unum.

**THESIS V.** *Actionum humanarum moralitas 1<sup>o</sup> immediate pendet ab ordine objectivo rerum, 2<sup>o</sup> mediate autem ab ordine dicina sapientie et bonitatis.* — Etenim 1<sup>o</sup> moralitas est convenientia actionum cum natura entis operantis; 2<sup>o</sup> hæc relatio actuum cum natura, seu hic ordo objectivus ipse pendet a divina sapientia et bonitate.

*Covollaria.* Ergo 1<sup>o</sup> primaria bonitas moralis desumitur ab objecto; 2<sup>o</sup> moralitas etiam venit ex fine extrinseco.

II. De conceptu et divisione principiorum directivorum. Principium proximum est ipsa ratio, remotum, lex æterna, qua informatur principium proximum. Ad bonum et finis sunt principia allicientia, ideoque habent rationem termini assignati, inde et principii suo modo directivi.

#### ARTICULUS II.

##### *De principiis directivis in specie.*

###### § I. De principiis externis.

###### I. De fine.

Agitur de fine ultimo, non apparenti, sed vero.

**THESIS I.** *Habet homo aliquem finem ultimum et quidem unicum.* Nam, quoad primam partem, non potest dari processus in infinitum in finibus intentis; 2<sup>o</sup> *pars*: finis ultimus, 1<sup>o</sup> ad alium ordinari nequit, 2<sup>o</sup> debet plene satiare appetentem.

*Covollarium.* Ergo homo omnia appetere debet propter ultimum finem.

**THESIS II.** *Directio hominis ad ultimum finem, in ordine morali procurando et promovendo sita est, secus 1<sup>o</sup> non tribueret homini perfectionem maximam, 2<sup>o</sup> non con-*

- grueret cum ipso sine, 3<sup>o</sup> non penderet ab homine, qui est ens liberum. 54
- THESIS III.** *Verus finis simpliciter ultimus est solus Deus.* — Deus enim est summum bonum, quod ad aliud non refertur. 54
- Scholium.* Homines sponte naturæ appetunt suum finem ultimum, sed non semper bonum ipsum in quo hic reponitur. — Finis ultimus considerari potest *objectiva et formaliter.* 55
- THESIS I.** *Beatitudo objectiva hominis in nullo bono creato consistere potest.* — Nam bonum hujus generis non excludit omnem defectum, nec totaliter quietare potest facultatem appetendi. 55
- De beatitudine formalis.* Circa ejus naturam sunt plures falsæ sententiæ. 56
- THESIS II.** *Beatitudo formalis consistit in operatione anime rationalis.* — Si non consisteret 1<sup>o</sup> in operatione, nullam contineret conjunctionem cum objectiva. 2<sup>o</sup> Si hæc operatio non esset *partis intellectualis*, beatitudo dici non posset perfectissima, nec nos conjungere valeret cum objecto summe spirituali. 56
- Scholium.* Tamen operationes sensus pertinere possunt antecedenter et consequenter ad beatitudinem formalem. 57
- Varia sententiæ theologorum circa naturam beatitudinis formalis.* 57
- THESIS III.** *Formalis beatitudo quoad integrum et perfectum statum, includit tres actus: visionem Dei, amorem et gaudium.* — Integra possessio hæc tria acquirit. 58
- Scholium.* Si speciatim ageretur de beatitudine supernaturali, visio Dei diceretur beatifica. 58
- Scholium.* Thomistæ et Scottistæ non loquuntur de visione aut amore præcisive sumpto, seu prout hi actus excluderent gaudium. 58
- THESIS V.** *Si speciali modo ageretur de suprema beatitudine naturali, actus cognitivus quem includit, consistere nequit in clara Dei visione; sed in cognitione Dei perfectiori quæ per mediâ naturâ proportionatâ obtineri, reponi debet.* 58
- THESIS VI.** *Potest homo ratione naturali, seclusa fide, sin minus certo cognoscere, saltem probabilissime coniecere quod pro statu futuro homo justus sit summam beatitudinem consecuturus.* — Id enim colligitur ex dogmate immortalitatis animæ, et ex appetitu innato beatitudinis. 59

## II. De lege.

- Lex est ordinatio rationis ad bonum commune ab eo qui habet curam communitatis, promulgata. Partitur 1<sup>o</sup> in divinam, quæ est æternâ vel temporalis, et 2<sup>o</sup> humanam, quæ subdividitur ratione objecti in ecclesiasticam et civilem, et ratione modi in scriptam et non scriptam. 50
- De existentia legis naturæ.* **THESIS I.** *Exstat in homine lex naturalis.* — Probat<sup>ur</sup> 1<sup>o</sup> ex testimonio conscientiæ, 2<sup>o</sup> ex eo quod homo debet ipse suos actus ad finem ultimum referre. 62
- Scholium.* Lex naturalis prout concipitur in Deo, dicitur lex æterna. 62
- THESIS II.** *Lex naturalis fundamentum est legis positivæ, et ipsa fundamentum habet in supremo Dei dominio in res omnes.* — 1<sup>a</sup> pars colligitur ex immutabilitate et præexistentia legis naturalis, 11<sup>a</sup> ex eo quod jus Dei in nos fundatur in supremo ejus dominio. 63
- THESIS III.** *Primum præceptum legis naturalis seu universalissimum, ab alio præsupposito non derivatum et et fons ac radix aliorum est: Bonum est faciendum et malum vitandum.* 63
- De duratione legum.* **THESIS I.** *Lex naturalis strictè sumpta nullatenus mutari potest, quia præcipit id quod per se est bonum et prohibet id quod per se est malum.* 64
- THESIS II.** *Lex naturalis non accipit dispensationem propriè dictam.* 65
- THESIS III.** *Lex divina positiva abrogari potest.* — Const<sup>at</sup> 1<sup>o</sup> ex facto, 2<sup>o</sup> ex libertate legislatoris. 65
- Scholium.* De variis modis quibus mutari potest lex divina positiva. 66
- De sanctione, quæ dat legi efficaciam.* **THESIS.** *Lex naturalis sanciri debet præmiis et penis, quæ ad futuram vitam pertineant.* — 1<sup>a</sup> pars probatur ex justitia Dei, 11<sup>a</sup> ex necessitate exhibendi sanctionem quam efficaciter moveat in omnibus adjunctis. 66
- Scholium.* Datur varietas in hæc sanctione. 67
- De interpretatione legum positivarum.* Multiplex genuina interpretatio. Regula primordiales interpretationis. 67
- § II. De principiis internis, seu de conscientia. 68
- De variis vocis *conscientiæ* significationibus.
- THE I.** *Conscientia 1<sup>o</sup> non est synderesis, acque 2<sup>o</sup> lex*

- naturalis*. Quia 1<sup>a</sup> iudicat in particulari, 2<sup>a</sup> non est inmutabilis.
- Scholium*. Quo exempli onodatus declarat quid veniat per synderesim, legem naturalem et conscientiam.
- THESIS II.** *Conscientia cum habet ligandi, seu est regula proxima actionum humanarum.* — Est enim interna legis expressio.
- Corollaria*. Ergo possumus sequi conscientiam invincibiliter erroneam.
- Quotuplex est conscientia*. Est 1<sup>o</sup> recta vel erronea, 2<sup>o</sup> certa vel dubia, 3<sup>o</sup> perplexa, scrupulosa, vel lata, 4<sup>o</sup> probabilis vel improbabilis.
- THESIS.** *Sola conscientia recta et certa est per se regula morum.* — 1<sup>a</sup> pars: sola conscientia recta regula objectivæ respondet, 2<sup>a</sup> pars: sola conscientia certa voluntati exhibet ipsam legem.
- Corollaria*. 1<sup>o</sup> Circa conscientiam invincibiliter erroneam, 2<sup>o</sup> circa conscientiam speculative vel practice dubiam, 3<sup>o</sup> circa conscientiam probabilem.

## SECUNDA PARS

### ETHICA SPECIALIS.

Ethica specialis considerat actus humanos prout dicunt ordinem ad alterum, ac prout de officiis et iuribus agit.

### SECTIO I.

#### JUS PRIVATUM.

#### CAPUT I.

#### DE HOMINUM OFFICIIS ERGA DEUM.

Summa illorum officiorum vocatur religio.

#### ARTICULUS I.

##### *De religione generatim inspecta.*

**THESIS I.** *Officia omnium prima ceteris omnibus anteponenda sunt officia religionis, nam respiciunt ordinem essentialiam ad finem ultimum.*

- THESIS II.** *Cognitio Dei inter primitiva et essentialia nature rationalis officia computari debet, non est primum officium religionis. Deinde cognitio est norma actionis.* 76
- THESIS III.** *Amor Dei, tanquam objecti summe boni, est iure nature prescriptus.* — Deus enim a ratione proponitur ut summo amabilis. 77
- I. De cultu.
- THESIS I.** *Homo tenetur ad internum Dei cultum.* — Nam anima est creatura in se et in suis operationibus Deo obnoxia. 77
- Solutum.* Deus non dignatur cultum nostrum internum. 78
- THESIS II.** *Deo etiam debitas est iure nature cultus externus.* — Nam 1<sup>o</sup> Corpus est res a Deo creata, 2<sup>o</sup> totus homo debet Deum colere, 3<sup>o</sup> sensibilibus manducatione egenus ad Deum cognoscendum. 78
- THESIS III.** *Deo debitas est cultus etiam socialis, qui neque ob hominibus societatem efformantibus celebratur.* — Nam homo 1<sup>o</sup> qui est natura sua socialis, atque 2<sup>o</sup> instituta quodam sociali fruitur, debet id omne quod habet ad Deum referre... Corollaria. 79

#### ARTICULUS II.

##### *De religione supernaturali.*

Religio supernaturalis veritates divinitus revelatas complectitur. Revelatio supernaturalis esse potest quoad entitatem, vel quoad modum tantum. 81

**THESIS I.** *Deus homini potest revelare veritates tum naturales tum supernaturales.* — Etenim nulla potest deprehendi intrinseca repugnantia ex parte tum Dei, tum hominis, tum objecti revelati. 82

*Scholium.* Mystera etiam possunt revelari. 83

**THESIS II.** *Necessarium omnino fuit ut homini, semel ad supernaturalem ordinem everso, revelentur supernaturalia credenda.* — Etenim sine hac revelatione non potuisset ejus voluntas bona supernaturalia appetere. 84

**THESIS III.** *Revelatio veritatum ordinis naturalis fuisse homini, etiam ad statum supernaturalem non everso, moraliter necessaria.* — Etenim 1<sup>o</sup> veritates quæ Deum et mores respiciunt, sunt altissime, quæ prout, semota revelatione, diuturnam inquisitionem

exquirent: 2º status generis humani ante revelationem Christianam satis probat hanc veritatem.

THESIS IV. *Homo officio adstringitur amplectende revelationis quæ facta sit, et eam inquirendi, si nondum agnoerit.* — *Ha pars* : Deus per revelationem vult ligare homines; *Ha pars* : homo nequit vocationem Dei negligere.

THESIS V. *Tamen ut homo officio amplectendi revelationem adstringatur, necesse est ut certo sciat illam esse divinam.* — *Judicium enim incertum de credibilitate objecti non est sufficiens ad rationabiliter erodendum fide certa.*

*Scholium.* Agitur de certitudine acquisita per evidentiam credibilis.

THESIS VI. *Inter alia motiva credibilitatis miracula et prophetia pariunt omnimodam evidentiam credibilitatis de divina revelatione, quam confirmant.* — *Constituunt confirmationem divinam minime ambiguum.*

*Scholium.* Præter hæc motiva extrinseca, dantur etiam motiva intrinseca, quæ seorsim probabilitatem genere possunt.

### CAPUT II.

#### DE OFFICIIS HOMINIS ERGA SEMETIPSUM.

##### ARTICULUS I.

###### *De officiis quoad animam.*

###### I. De officiis quæ ad intellectum spectant.

Officia quæ ad intellectum spectant, obligatione acquirendi debitam scientiam continentur. 2º Officia ad voluntatem spectantia in prosecutione summi boni ad quod omnia alia bona debent referri.

###### II. De officiis ad voluntatem spectantibus.

Intuitus observantiae legum non est unicum motivum honeste agendi, ut autumat Kantius : gloria Dei procuranda est motivum longe nobiliss.

##### ARTICULUS II.

###### *De officiis quoad corpus.*

THESIS I. *Jure naturæ prohibitum est se directe et ex intentione interficere, nam suicidium est 1º actus Deo*

84

86

87

87

88

89

injurius, 2º lesio jurium societatis, 3º maximum detrimentum inferri sese interficenti.

*Scholium.* Tamen ob justam causam homo potest discrimen mortis tentare.

THESIS II. *Mortificatio christiana juri naturæ consonat.* — *Nam 1º est medium redigendi vires corporales sub jus ditionemque rationis, 2º reddit rationem victricem in conflictu cum sensu.*

*De injusta aggressionem repellendo.* THESIS I. *Licetum est occidere injustum invasorem ad defensionem vitæ et integritatis membrorum, et etiam pudicitie, servato tamen moderamine inculpata tutela.* — *Nam in discrimine vitæ aut damni æquivalentis, jus innocentis anteponitur juri nefarii invasoris.*

THESIS II. *Jure naturæ illicita sunt privata certamina, quæ duella vocantur.* Homo in vitam nec suam nec aliorum vis ultum habet.

*Scholium.* Duellum per se nullam habet proportionem cum fine intento a pugnantibus.

92

93

93

94

95

95

### CAPUT III.

#### DE OFFICIIS HOMINIS ERGA ALIOS HOMINES.

##### ARTICULUS I.

###### *Officia essentialia hominis erga ceteros homines.*

THESIS. *Alios homines quisque sicut semetipsum diligere jure naturæ tenetur.* — *Id colligitur ex unitate naturæ et finis inter homines. Corollaria.*

*De Jure proprietatis,* quod est facultas perfecte disponendi de re aliqua ejusque utilitate.

Dominium dividitur in plenum et non plenum, directum et utile.

THESIS I. *Jus proprietatis non oritur ex pacto neque ex legibus civilibus.* — *Ha pars* : Jus proprietatis semper viguit apud homines. Possessio stabilis rerum externarum est homini naturalis; *Ha pars* constat ex historia et ex universalitate et constantia facti.

*Corollarium.* Ergo jus acquirendi stabilem proprietatem immediate oritur a natura.

THESIS II. *Factum primigenium quod jus proprietatis determinat, est humana activitatis exercitium.* — *Hæc activitas inducit aliquam perfectionem qua res perfecta inducit speciale relationem ad solum agentem.*

92

93

93

94

95

95

69

97

98

98

100

400

Thesis III. *Dominium hereditate transmitti potest.* — Legitimus possessor facultatem habet perfecte disponendi, et generatim consensit velle disponere in favorem suorum filiorum.

404

## ARTICULUS II.

*De officis ex pacto nascentibus, seu de contractibus.*

I. De natura et varietate contractuum.

Contractus, qui est consensus duorum vel plurium in idem placitum dividitur 4<sup>o</sup> in verum et quasi contractum, 2<sup>o</sup> in unilateralem et bilateralem, 3<sup>o</sup> in onerosum et gratuitum, etc.

402

Ad validitatem contractus requiritur 4<sup>o</sup> cognitio rei, 2<sup>o</sup> libertas, 3<sup>o</sup> mutuus consensus, 4<sup>o</sup> materia possibilis et licita.

402

Extensio obligationis ex contractu nascentis.

404

II. Modus ac conditio contractui adjecta atque extinctio obligationis ex contractu emergentis.

Modus et conditio adijci possunt : conditio esse potest suspensiva vel resolutoria, expressa vel tacita, etc. Extinguitur obligatio ex contractu emergens, 4<sup>o</sup> solutione, 2<sup>o</sup> condonatione, 3<sup>o</sup> interitu rei, 4<sup>o</sup> novatione. Variæ species contractus.

405

III. De contractibus in specie.

*De usura*, quæ est lucrum ex mutuo immediate proveniens.

406

Thesis. *Usuræ latorum sunt jure naturali prohibite.* — Nam adimunt 4<sup>o</sup> fortunas egentibus, 2<sup>o</sup> æqualitatem contractus, 3<sup>o</sup> sine titulo hænerator aliquid præter sortem exigeret.

406

*Scholium.* Tamen sunt plures tituli extrinseci : 4<sup>o</sup> Damnum emergens, 2<sup>o</sup> lucrum cessans, 3<sup>o</sup> periculum sortis, 4<sup>o</sup> titulus civilis, 5<sup>o</sup> conditio pœnalis.

407

## SECTIO II.

JUS PUBLICUM.

Variæ juris etymologiae et significationes. Divisio sectionis.

409

## ARTICULUS I.

*De societate domestica.*

Societas est unio eorum intelligentia et libertate præditorum, in prosecutionem alicujus boni communis concorditer conspirantium. Societas domestica tribus inferioribus societatibus coalescit.

410

§ I. De societate conjugali.

Matrimonium est viri ac mulieris legitima conjunctio individuum vitæ consuetudinem retinens.

414

I. De essentia matrimonii.

Consummatio non pertinet ad essentiam. — Finis adequatus matrimonii.

412

Thesis I. *Nuptiæ honestæ sunt et naturæ hominis consentaneæ.* — Nam 4<sup>o</sup> sunt necessariae, 2<sup>o</sup> respondent inclinationi, non modo sensibili sed et rationali hominis.

412

Thesis II. *Matrimonium requirit intimam conjugum dilectionem.* — Conjuges nonnisi per mutuum amorem constituere possunt unam personam moralem.

413

*Scholium.* Matrimonium coëssituti virtutis amore suscepto non est anteponendum. Matrimonium inter fideles est sacramentum, ac proinde potestati politicae non subditur, nisi quoad effectus mere civiles.

413

II. De proprietatibus matrimonii.

4<sup>o</sup> *De unitate.* — Thesis I. *Polyandria juri naturæ adversatur.* — Opponitur enim diversis finibus matrimonii.

414

Thesis II. *Polygamia, etsi forsân juri naturali non absolute repugnet, certo tamen ipsi parum consonat.* — Quia 4<sup>o</sup> tollit æqualitatem contractus, 2<sup>o</sup> paci domesticae contraria est.

415

2<sup>o</sup> *De indissolubilitate.* — Thesis I. *Indissolubilitatem matrimonii ex parte contractus patet naturæ societatis conjugalis.* — 4<sup>o</sup> Mutuum conjugum firmiorem reddit amorem ; 2<sup>o</sup> servat æqualitatem contractus.

415

*Scholium.* Matrimonia consummata sunt absolute inter fideles indissolubilia.

413

Thesis II. *Divortium imperfectum, seu quoad solam cohabitationem, licitum esse potest.* — Quandoque evadit



unicum medium redintegrandi mutuam amorem, et consulendi salutis unius conjugis. 416

III. De conditionibus matrimonii.

Ad matrimonium rite inendum requiruntur, 1<sup>o</sup> ætas et corporis perfectio quæ sint idoneæ ad finem matrimonii. 2<sup>o</sup> unitas sultus, 3<sup>o</sup> nulla sanguinis propinquitas, denique 4<sup>o</sup> mutus consensus libere datus. 417

Matrimonium jam initum exquiruntur 1<sup>o</sup> mutuam conjugum fidem, 2<sup>o</sup> ut potestas suprema penes virum resideat. 419

§ II. De societate paterna.

Hæc societas est conjunctio plurium personarum quæ, per ipsam naturam, educationis gratia initur. 419

I. De potestate paterna et officiis parentum.

Debent parentes 4<sup>o</sup> curam temporalem filiis exhibere, 2<sup>o</sup> eosdem docere præcipua officia naturæ rationalis. 420

THESIS. Societas curare debet ut publica media non desint educandi pueros; sed educationem voluntati parentum contrariam pro liberis imponere nequit. — Item partem postea probabimus. II pars colligitur ex eo quod jus paternum est præexistens et prevalens. 420

Potestatis paternæ amplitudo. Dicitur potestas hæc potestatis rectoria, inspectoria et executoria. 421

II. De officiis liberorum.

Filii parentibus debent 4<sup>o</sup> amorem, 2<sup>o</sup> reverentiam, 3<sup>o</sup> obedientiam, nisi saltem agatur de electione status vitæ. 422

§ III. De societate herili.

Est societas pactitia quæ communis utilitatis gratia initur inter dominum et famulum. Dominus debet famulos amare, instruere, corrigere, eorumque operam justo stipendio remerciti. Famuli debent domino obedientiam, reverentiam, fidelitatem et opera de quibus pacti sunt. 423

De servitute. THESIS I. Servitus in qua quis perpetuo se totamque suam familiam, pro tempore quo est sub potestate paterna, alicui ultroque manciparet, juri naturæ absolute adversari non videtur. — Nam opera sua quorum dispositionem habet, unice mancipat. 425

THESIS II. Servitus in qua quis omnia sua jura ipsamque existentiam in bonum alterius permetteret, juri na-

turæ manifeste repugnat sive sit ultroque, sive coacta. — Servus illo manciparet jura quorum dispositionem liberam non habet, seu traderet rem non suam. 425  
Scholium. Religio christiana paulatim servitutem pepulit. 426

CAPUT I.

DE SOCIETATE CIVILI.

Hæc societas inclinationi naturæ respondet. 426

ARTICULUS I.

De societate civili generatim inspecta.

§ I. De origine societatis civilis.

I. Nonnulli originem hujus societatis explicant per quemdam statum primitivum naturæ sive realem sive fictivum, qui ob diversas necessitates transit in statum politicum. 427

Hypotesis de statu naturæ fictitio sustineri nequit. — Nam fictio abstracta nequit producere factum reale, ut est societas civilis. 428.

Hypotesis de statu naturæ historico. Hobbesius profert aliam statum tanquam realem et historicum, sed hæc doctrina 4<sup>o</sup> fundatur in falsis, 2<sup>o</sup> historia adversatur. Rousseau eandem somnia recoxit. 428

II. Vera sententia THESIS I. Homo natura sua socialis est. — Probatur 4<sup>o</sup> ex factis, 2<sup>o</sup> ex facultate loquendi, 3<sup>o</sup> ex nativa indigentia, atque 4<sup>o</sup> ex proclivitate ad communicandum cum aliis hominibus. 429

Scholium. Instinctus socialis in homine indefinite appetit terminos relationum socialium. 430

THESIS II. Homo per factum propria existentia, in societate universali seu humana quodam modo constituitur. 430

THESIS III. Factum primigenium et naturale, a quo societas civilis in concreto originem duxit, est ipsa familiarum ex eodem stipite propagatio. — Id probatur 4<sup>o</sup> ex historia, 2<sup>o</sup> ex eo quod instinctus socialitatis primitus respicit propinquiores terminos. 434

§ II. De fine societatis civilis.

Hic finis reponi nequit in mutua coarctatione et in mutua libertate, ut putat Kantius; nam hæc theoria 4<sup>o</sup> falsis

- innititur principiis, 2<sup>o</sup> negativam reddit scopum societatis politicae. 432
- THESES.** *Scopus politicae societatis in bonis externis, quatenus ad communem prosperitatem singulorum membrorum se referant et interno moralitatis ordine informantur, reponi debet.* — Etenim 1<sup>o</sup> scopus reponi debet in re visibili et viribus naturalibus attingibili, 2<sup>o</sup> ille scopus debet vergere in commodum sociorum: societas enim perfectionem suorum membrorum natura sua intendit, 3<sup>o</sup> hæc bona externa nequeant ad finem ultimum directe vel indirecte non se referre 433

§ III. De economia interna seu de natura societatis civilis.

- Societas civilis immediate constat ex familiis, nam 1<sup>o</sup> homo strictiori vinculo familiae alligatur quam civitati, 2<sup>o</sup> jura domestica anteriora sunt et stabiliora jurbus civilibus. 435
- THESES.** I. *Elementa essentialia societatis sunt multitudo et auctoritas.* — Etenim ad societatem constituendam requiritur multitudo et unitas realis. 435
- Scholium.* Principium unitatis dicitur auctoritas. 436
- THESES** II. *Potestas politica ad proprium commodum subiecti hujus potestatis non spectat sed directe ad commodum totius communitatis ordinatur.* — Potestas enim constituitur propter ipsam communitatem. 436
- Scholium.* Specialis dispositio elementorum socialium sub potestate dicitur constitutio politica. 437
- THESES** III. *Constitutio politica debet esse organica non mechanica.* — Etenim societas constat non tantum rebus inorganicis, sed præsertim personis. 437

ARTICULUS II.

*De suprema potestate politica.*

§ I. De origine supremae potestatis.

- Varia systemata circa originem potestatis politicae. 438
- I. *De contracta sociali, qui per pactum, unum aut triplex, explicat transitum e statu nature ad statum socialem.* 438
- THESES** I. *Theoria contractus socialis in se est absurda, et in suis consequentiis theoreticis et practicis subversiva totius ordinis socialis et præsertim potestatis publicæ.*

- *Prima pars constat ex falsis principiis quibus hæc theoria innititur, et ex contradictionibus quas involvit.* 437
- Secunda pars evincitur ex eo quod theoria hæc solvit ordinem socialem ab ordine morali, ducit ad communismum, necnon potestatem publicam semper revocabilem reddit* 439
- Scholium.* Hæc theoria ducere potest ad tyrannidem 441
- THESES** II. *Illud systema originem ducit a protestantismo, cujus est mera applicatio ordini politico.* — Id constat 4<sup>o</sup> ex historia, 2<sup>o</sup> ex analogia theoriarum. 442
- II. *Systema scholasticum.* Præcipua puncta doctrinæ in quibus præsens systema distinguitur a contractu sociali. 443
- Cardo totius systematis in eo consistit quod potestas civilis quoties in uno principe legitime reperitur, a populo et communitate dimanet proxime vel remote, nec possit aliter haberi ut justa sit. 444
- III. *Theoria de jure divino.* Quid veniat per hanc theoriam. 444
- THESES** I. *Suprema potestas politica per se spectata a Deo immediate procedit.* — Etenim 1<sup>o</sup> potestas civilis est naturalis, 2<sup>o</sup> fruitur jure vite et mortis in subditos. 445
- THESES** II. *Dens, generaliter loquendo, non confert, per specialem actum ob ordine naturæ diversam, supremam potestatem alicui subiecto.* — Constat 1<sup>o</sup> ex historia, 2<sup>o</sup> ex eo quod hæc potestas est ordinis mere naturalis. 446
- THESES** III. *Causa quæ primitus subiectum politicae potestatis determinat, per se est prævalentia præeritæ juris domesticæ, per accidens vero est consensus.* — *Prima pars colligitur ex analogia inter potestatem paternam et auctoritatem politicam.* *Secunda pars constat ex eo quod origo societatis civilis non est artificialis sed naturalis.* 448
- Potestas suprema transferri potest 4<sup>o</sup> hæreditate, 2<sup>o</sup> electione, 3<sup>o</sup> jure victoriæ. 449
- § II. De natura supremae potestatis.
- De variis facultatibus seu functionibus potestatis supremae. 451
- I. De potestate constitutiva.
- Et legibus tum physicis tum moralibus quibus obnoxia est. 452

## II. De potestate legislativa.

Thesis. *Potestas legifera civilis nequit media mere interna, neque etiam externa, quæ ad ordinem superiorem pertinet, præscribere.* — *Prima pars:* Media interna nullam relationem habent ad finem sociale. *Secunda pars:* Ordinatio ejusmodi ordinem rectum perturbare, seu esset violenta. 453

*De potestatis legiferae et legum dotibus.*

Potestas legislativa ita constitui debet ut præ se ferat solertiam, æquabilitatem et honestatem. — De legum dotibus et vi obligandi. 455

## III. De potestate executiva.

Ejus necessitas et multiplex relatio: De potestate judiciaria ejusque exercitio, seu de iudicio. De potestate coactiva, nempe de pœna. De separatione functionum politicæ potestatis. 457

## IV. De variis functionibus politicis ad invicem et de diversis formis regiminis.

De tribus simplicioribus formis gubernii. 460

Thesis I. *Absoluta consideratione, ex formis simplicibus, præstantissima est monarchia; sed propter humanæ naturæ corruptionem, utilis est regimen ex tribus formis temperatum.* 4<sup>o</sup> pars: Monarchia dat firmiorem unitatem. 2<sup>a</sup> pars; forma mixta gratior est. 463

*Scholium.*

Thesis II. *Pro determinato populo, forma illa est præferenda quæ præ cæteris aptatur consuetudinibus et indoli hujusce populi.* — Id constat 4<sup>o</sup> experientia, 2<sup>o</sup> analogia deducta ex usitata ratione agendi hominum. 464

*Scholium.* Forma legitima apud singulos populos, est pro illis aptior. 464

## CAPUT II.

## DE SOCIETATE RELIGIOSA.

## \* ARTICULUS I.

*De societate religionis in se spectata.*

Hiæc societas potest spectari quoad statum internum et quoad statum externum. 465

## § I. De statu interno Ecclesiæ.

Cum religio sit supernaturalis, fit ut ipsa societas religiosa sit ejusdem ordinis. 465

Thesis I. *Societas religiosa est homini præ civili necessaria.* — Etenim est organum revelationis, et mediocrum salutis dispensatrix. 466

Thesis II. *Ecclesia est societas visibilis perfecta.* — In pars: Ecclesia enim est societas realis ac hominibus constans, quæ cultum externum Deo reddere debet. 2<sup>a</sup> pars: habet in se media ad finem suum necessaria. 466

*Corollarium.* Ergo jus habet possidendi bona temporalia. 467

Thesis III. *Ecclesia est societas realiter distincta a societate civili, eoque longe excellentior.* — 4<sup>a</sup> pars: Fines sunt distincti et membra diversa. 2<sup>a</sup> pars: Finis Ecclesiæ est altior, et ejus media nobiliora. 467

*De organica Ecclesiæ structura.* 4<sup>o</sup> Ecclesia ad instar individui humani constare dicitur anima et corpore. 2<sup>o</sup> Fruitur proprietatibus internis nempe: unitate, sanctitate, catholicitate apostolicitate, quæ etiam statum phœnomenicum habent. Præter illas proprietates et notas, nonnullis etiam ornatur dotibus. 3<sup>o</sup> Ecclesiæ quoad corpus spectatæ duo sunt elementa: personæ et res, seu media, quæ in duplicem classem partiuntur: de potestate ordinis et potestate jurisdictionis, cujus objectum materiale est duplex, dogma et disciplina. 468

Hiæc interna temperatio Ecclesiæ respondet conceptui juridico societatis religiosæ. 470

## § II. De externo Ecclesiæ statu.

## I. De statu externo ex rerum natura efflorescente.

Ecclesia et status politicus aliquo sensu dici possunt mutuo independentes, tamen in materia mixta jus Ecclesiæ prævalet. De ratione primatiæ Ecclesiæ. 471

Thesis I. *Ecclesia jus habet se propagandi per universum orbem, etiam reluctantem civili potestate.* — Nam omnes homines sunt virtualiter vel formaliter subditi Ecclesiæ, quæ est societas superior. 472

*Corollarium.* Ergo jus habet sese constituendi. 473

*De jurebus Ecclesiæ in societatem civilem,* 4<sup>o</sup> Infidelium, 2<sup>o</sup> Hæreticorum, 3<sup>o</sup> Catholicorum. 473

Thesis. *Status politicus atheus esse nequit.* — Cum Atheismo legali componi nequit 4<sup>o</sup> tranquillitas civi-

- lis, 2<sup>o</sup> mutua conjunctio societatis civilis et societatis religiosæ; 3<sup>o</sup> absolutæ Dei voluntati repugnat istiusmodi atheismus. 174
- 4<sup>o</sup> *De libertate cultuum.* Falsa est doctrina quæ propagaret libertatem cultuum tanquam principium æquitatis naturalis. Sola necessitas potest eximere principes ab obligatione tuendi verum cultum. 176
- 2<sup>o</sup> *De libertate conscientia.* Ambiguitas nominis et conceptus, et absurditas postulationum quorum ope defenditur hæc libertas. Diluuntur rationes adversarium. 178

#### II. De statu externo concordatiæ stabilito.

- Conflictus inter Ecclesiam et statum quandoque necessaria reddunt concordata. 181
- 4<sup>o</sup> *De natura concordatorum.* THESIS I. *Concordata plerumque non sunt pacta synallagmatica.* — Nam 1<sup>o</sup> agitur de rebus solius Ecclesie propriis; 2<sup>o</sup> partes contrahentes non sunt æquales juris; 3<sup>o</sup> res spirituales non possunt commutari cum temporalibus. 182
- Corollaria.* Ergo concordata generatim inter privilegia annumeranda sunt. 183
- THESIS II. *Ad concordata rite valideque inveniunda requiritur materia licita.* — Etenim Ecclesia quibusdam juribus fruitur inalienabilibus, quæ proinde nequeunt esse materia pactionis. 183
- Scholium.* Ecclesia nequit perpetuo concedere jus placiti regii. 184
- 2<sup>o</sup> *De valore concordatorum.* Valor immediatus est valor contractus: sub hoc respectu, concordatum legibus contractuum subjacet. Verum si ille contractus non est synallagmaticus, potestas ecclesiastica potest illum rescindere: agit enim de privilegio. 184

### ARTICULUS II.

#### De potestate ecclesiastica.

#### § I. Œconomia supremæ potestatis in Ecclesia.

- Christus supremam potestatem contulit tum soli Petro tum toti collegio apostolorum sub duce Petro, ita ut inter personam physicam et personam moralem nullus dari possit conflictus. 187
- Potestas suprema ecclesiastica est legifera et executiva, unde judiciaria et coactiva. 189
- THESIS. *Juxta ordinariam Providentiæ legem, civitatis*

*principatus est Romano Pontifici necessarius ad exercitium suæ potestatis spiritualis.* — Id poscit 1<sup>o</sup> mutua Patris et filiorum dilectio, 2<sup>o</sup> fiducia quam filii in Patrem habere debent, 3<sup>o</sup> independentiæ necessaria Pontifici, qui in mundo divinum est elementum. 189

*Scholium.* Distinctio inter spiritualia et temporalia in præsens nullus est roboris. 190

#### § II. De gradibus inferioribus auctoritatis ecclesiasticæ divinitus institutis.

Unitas Ecclesiæ universalis requirit ut singulæ Ecclesiæ, seu dioceses, alicui centro, seu Ecclesiæ romanæ, a prima origine referantur; inde singulæ dioceses constituunt veluti systemata particularia, quæ in systema generale, tanquam centrum, revolvuntur. Potestas episcopalis, quæ est legislativa et executiva, centrum particularis systematis constituit. 191

#### § III. De forma regiminis Ecclesiæ.

Varii errores circa formam regiminis Ecclesiæ. 193

THESIS. *Forma regiminis Ecclesiæ est monarchia.* — Suprema enim potestas in solo Rom. Pontifice lege ordinaria residet. 194

*Scholium.* Potestas episcopalis non est suprema, sed dependens: itaque Ecclesiæ non est oligarchia. 195

### CAPUT III.

#### DE JURE INTERNATIONALI.

Instinctus socialis hominem etiam ordinat ad societatem internationalem. Variæ descriptiones juris gentium. 195

#### § I. De mutuis officiis nationum in statu nativo et normali spectatarum.

1. Officia et jura quæ ex ipsa natura rerum efflorescunt. 198
- THESIS I. *Fundamentum omnium officiorum et jurium, quæ statum externum gentium determinant, in amore quem sibi mutuo præstare tenentur, collocari debet.* — Lex amoris, ex qua status socialis hominem non eximit, nullos alios cognoscit terminos nisi ipsam humanitatem. 198
- THESIS II. *Supremi imperantes debent utilitatem propriæ gentis anteponeere utilitati gentis alienæ.* — Officio enim prospiciendi propriæ genti tenentur. 199
- THESIS III. *Omnes nationes, sive magnæ, sive parvæ, æquiparantur quoad jura absolutæ.* — Nulla enim di-

versitas 4<sup>o</sup> in sociis, 2<sup>o</sup> in fundamento societatis, 3<sup>o</sup> nulla jura nova afferunt cives in societatem jam constitutam rursus coaptati.

*Scholium.* Tamen jus præcedentiæ ex nationum amplitudine repetere fas est.

**THESIS IV.** *Vetium est aliarum gentium perfectioni et tranquillitati aperte vel simulate nocere.* — Id enim jus certum singularum nationum sibi prospiciendi.

*Scholium.* Quodammodo etiam tenentur gentes ad officia mutua benevolentia.

II. Officia ex pactis emergentia.

*Commercium.* Ejus utilitas et leges.

*Fœdera.* **THESIS.** *Fœdera non nisi a supremis imperantibus, sive per se ipsos sive per legatos, iriri possunt.* — Tunc enim partes contrahentes sunt ipsa societates, quarum vicis gerit solus supremus imperans. Conditiones fœderum eorumque solutio.

*Legationes.* Natura legationis et officia legatorum. Quousque se extendat eorum inviolabilitas.

§ II. De mutuis nationum iuribus et officiis tempore belli.

*Definitio belli.* **THESIS I.** *Jus belli nationibus competit.* Etenim quandoque est unicum medium servandi aut recuperandi jura essentialia alicujus societatis

**THESIS II.** *Ut bellum sit legitimum, requiritur causa justa et necessitas proprie dicta.* — *Prima pars:* Tot et tantas calamitates inferre nemini licet quin causa sit justa et gravissima. *Secunda pars:* Remedio valde periculosi nemo licite utitur sine aliqua necessitate.

*Corollarium.* Declaratio belli est necessaria ante initium hostilitatum.

**THESIS III.** *Supremi imperantes bellum gerere nequeunt nisi cum intentione pacis.* — Ordo enim rectus ac normalis nationum est status pacis et mutua benevolentia.

**THESIS IV.** *Bellum gerentes nequeunt plus jam in inferre quam necesse sit ad finem belli obtinendum.* — Damnum enim illatum nonnisi ex ipsa necessitatis lege excusari potest.

*Corollarium.* Ergo compescenda est licentia militum, et parta victoria, cessat omnis violentiæ facultas.

FINIS INDICIS.

199

200

200

200

201

202

203

204

205

205

206

207

207

## IIISTORIÆ PHILOSOPHÆ SYLLABUS.

### SECTIO PRIMA.

DE PHILOSOPHÆ HISTORIA A MUNDI INCUNABULIS AD SALVATORIS USQUE ADVENTUM.	209
§ I. Philosophia vetus orientalis . . . . .	210
I. Philosophia Indorum. . . . .	210
II. Philosophia Sinensium. . . . .	212
III. Philosophia Persarum, Assyriorum, Ægyptiorum et Phœnicum. . . . .	212
§ II. Philosophia occidentalis . . . . .	213
I. De veteri philosophia græca. . . . .	213
II. Philosophia græco-romana. . . . .	221

### SECTIO II.

#### DE PHILOSOPHIA POST ADVENTUM CHRISTI.

<b>Transitus. — Philosophia græco-orientalis.</b>	222
<b>Philosophia Christiana</b> . . . . .	223
§ I. Ætas SS. Patrum Ecclesiae. . . . .	224
§ II. Ætas Scholasticorum . . . . .	226
§ III. Ætas recentior . . . . .	230

$\left(\frac{1}{8}\right)^0 = 1 \times 8$  (177)

